quod furtum facerent. Illi autem mane inuen
ti sunt laborantes; Quos cum uidisset scs felix
ait eis. Adiuuet uos dns filioli; Illi autem mit
tentes se ad pedes eius. confessi sunt quid uoti
eorum fuisset. et quid dns procurasset; Factū
est autem deinceps ut ueniret scs felix ad tem
plum quod in uicino erat in quo diuinus esse dice
batur apollo demon paganorum.; Et uidens po
pulum intuentem. dixit eis; si uere diuinus est
apollo dicat mihi. quid ego clausa manu retineo;
Erat autem in manu eius euangelium breue. In
quo erat scriptura orationis dominicę; et cum
non posset ullus indicare. nec sacerdos nec ua
tes eorum minister apollinis. Dixit ad eos scs
felix; miseri quid erratis. Dicite mihi quid uo
bis prestat apollo iste ut eum colatis. Qui di
xerunt; furta detegit. et diuinat. siquis aliquas
lesiones quaerit articulum. Quibus scs felix dixit;
haec a dno ihū xpō melius est ut consequamini;
sed in eius apollinis deiectione non contristemini;
Ego enim ei impero. ut ultra non audeat uobis
dare responsa; Uidentes autem pagani a nullo
eis dari responsum. sed magis a scō felice in omnib.
mirabilia magna fieri. caecos inluminari. de
monia effugari. uariis languoribus detentos
curari. atq; uicinos morti per eius orationes
ad uitam restitui. proiecerunt simulacrum
apollinis in pauimentum. et in eodem loco orato
rium fabricantes. uniuersi crediderunt dno nro
ihū xpō; Uixit autem beatissimus felix prbt in
eadem ciuitate per annos duodecim; quicumq;
uero illuc ueniebat ex paganis. ut xpianum ex
inde tempore conaretur. et in iudicium offerret.
statim a demonio replebatur; Cumq; xpō cre
didisset a scō felice mundatus dō gratias refe
rens. xpianus abscedebat qui paganus aduene
rat; Post duodecim uero annos ipsa die domi
nica confectis mysteriis. dansq; pacem uniuer
so populo. proiciens se in pauimentū in ora

tionem. perrexit ad dnm ihm xpm. qui uiuit
et regnat cum dō patre in unitate spr sci. per
inmortalia saecula saeculorum amen.

EXP PAS SCI FELICIS PRBI.

INCIPIT PASSIO BEATI MARCELLI PAPE ET MAR MENS IAN DIE XVI.

V. TEMPORE QUO MAXIMIANUS AU
gustus rediens de partibus africe ad urbē
romam. uolens placere diocliano augusto.
ut in nomine eius thermas a solo edificaret.
coepit in inuidiam xpianorum omnes milites
siue romanos ad afflictionem laboris compel
lere. et per uaria loca alios ad lapides alios
ad harenam fodiendam damnauit. In ipso
tempore erat uir xpianus nomine thrason
uir potens. et facultatibus locuples. et uita
fidelis. Hic cum uidisset affligi xpianos ad
fatigationem et laborem. coepit de sua facul
tate scis martyribus alimoniam et uictum mi
nistrare per uiros xpianos sisinnium et cyria
cum. et ~~ex~~ maragdum et largum. Hoc audi
ens beatus marcellus eps urbis. gaudio reple
tus est de elemosyna quam thrason scis mi
nistrabat. et rogans ad se uenire scos uiros
xpianos et seruos dni nostri ihū xpi. sysinniū
cyriacum ~~ex~~ maragdum et largum. inquisiuit
ab eis. et notum fecerunt scō marcello epō
quomodo thrason scis di uictualia ministra
bat. Tunc gaudio repletus ducens consilium.
consecrauit sysinnium et cyriacum diaconos
ecclesiae romanę. Factum est ut una noc
te dum deferrent humeris suis uictū quē
thrason ministrabat. tensi sunt a militib.
paganis. et perducti sunt ad tribunum ex
purum. suscipiens eos tribunus. retrudit
in custodiam publicam. post diem tertium.
nuntiauit maximiano augusto. Hoc cum
audisset maximianus. iussit ut eū custodi

Sepult ii e iuxta urbē in loco q di pincis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0147